

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXXV. De Homicidio Proditorio.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

mnum dederint hominibus, in Saxonia ignem *q*), extra eam uero gladium *r*) habent uindicem; sin nulli homini attulerint damnum, tam in Saxonia *s*) quam extra eam, obtinet pœna arbitraria *t*). Sic lanio-nem, qui sciens infestas oues mac-tauerat uendideratque, sed iis nemini nocuerat, fustigandum censuerunt Ienenses *u*) Qui amoris conciliandi gratia uenenum dedit, secuta morte relegatur uel fustigatur, prout amorem licitum aut illicitum *x*) quæsiuit. Eum, qui perpetuum morbum u. c. dementiam ueneno causatus est, gladio plectendum esse, sunt qui statuunt *y*).

TIT. XXXV.

DE

HOMICIDIO PRODITORIO.

§. CCCCXIII.

Homicidium proditorum præter assas-Homicidii
finium (§. CCCLXVII.) & uenefi-proditorii
cium

-
- | | |
|---|--|
| <i>q</i>) p. IV. const. 18.
ibique CARPOV def. | <i>u</i>) Rohr c. l. p. 904. |
| <i>r</i> . & pr. crim. qu. 21.
nr. 29. seq. BERLICH
p. IV. concl. 26. | <i>x</i>) BERGER Elect.
<i>Iur. Crim.</i> p. 113. |
| <i>r</i>) KRESS ad art. 130.
§. 5. | <i>y</i>) KRESS ad c. art.
§. 4. nr. 2. GRASS c. l.
p. 811. WAGNER d. de
ueneficii, siue homicidii per
uenenum attentati, in ca-
su, ubi mors ipsa non se-
cuta, pœna capitali. |
| <i>s</i>) p. IV. const. el. 3.
<i>t</i>) ENGELBRECHT
d. de malef. cœpt. c. 7.
§. 42. I. P. Bad. VII, 68. | |



cium (§.CCCCIV.) significat quoduis homicidium per eas infidias factum, quæ præuideri & præcaueri non potuerunt.

§. CCCCXIV.

reus

Inde sequitur, ut homicida proditor sit, qui u. c. socium itineris hospitem suum, uel alium, quocum familiariter conuersatus est &c. nefarie occidit z).

§. CCCCXV.

qua poena
adficatur?

Qui dolo malo homicidium proditorum commisit, rota contunditur a). Iure Austriaco ii, qui sub specie mendicantis cædem commiserunt, forcipibus cædentiibus dilacerati in 4. partes sunt secandi b).

TIT. XXXVI.

DE AVTOCHIRIA.

§. CCCCXVI.

De auto-
chiria

*A*utochiria est actus, quo quis sibi ipse uiolentas manus infert. Qualem qui dolo malo seu ex reproba causa suscepit, criminis autochiriae reus est.

§. CCCCXVII.

reis

Itaque (1) qui mente capti, furore agitati, atræ bilis angustiis pressi, extremi doloris

z) CLASEN ad art.

b) GVARIENT. Cod.

137.

Austr. p. 692.

a) ID. c. l. p. m. 441.

